UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DXXIII. Päbstliche Dispensation zur Ehe des Grafen Heinrich von Henneberg mit der Jutta, gebornen Markgräfin von Brandenburg, vom 15. April 1319.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

Visual Library

unde den Vromen like nemen, alſe hir na beſcreuen ſteit. Vunnen we Veſten, de von us Ertzebiſcop Borgarde tu Leene ghingen, oder uſes Goddeshuſes eghen weren, de ſcolen vſe tu vören allene ſin, ſunder Aluenſleue: wunnen we dat, dat ſcal uſe Margreuen Woldemare tu voren weſen. Wunne we ok ieneghe Veſten, de we Margreue Woldemar vorleghen oder vorſät oder uſe eghen weren, de ſcal uſe Margreuen Woldemar tu voren ſin. Alle dat gud, dat liit up ienne ſiit der Ore, wat we des gheneten moghen, dat ſcal vſe Margreuen Woldemars weſen. Ander Dingniſſe ſcal man like delen. Venghe we Vanghenen, wur we de venghende, ſcal man delen na Mantale. Süne we us twiſghen hir unde Sente Wolburghe daghe, ſo ſcole we Ertzcebiſcop Borgard uns an Rechte noghen laten von den von Aluenſleue. Queme we ok in dat Orloghe unde droghen dar köſt up, wu we Ertzcebiſcop Borgard denne ſunen ſcolen, dat hebbe laten an den edelen Vorſten Margreuen Woldemar von Brandeborch; unde löuen em des wol, dat he us unde uſe Goddeshus dar an beſorghe. Deſſe Breue ſcolen nicht hinderen an den erſten Briuen, de we under uns ghegheuen hebben, de ſcal man halden, als de beſcreuen ſin. Dat we alle diſſe vorbeſcreuenen Dink ſtede halden an aller hande arghelift, ſo hebbe we uſer en dem anderen dar up entruwen ghelöuet, unde hebben dar ouer uſe openen Breue gegheuen unde beſeghelet laten mit uſen Ingheſeglen. Dat is gheſcheen tu Magdeborch, na Goddes bort duſent jar druhundert jar in deme neghenteghden jare, des Sondaghes tu Miduaſten.

Nach dem Originale des K. Geh. Kabinets-Archives. Abgedruckt bei Hoefer, Samml. älteſt. Urk. Deutſch. Sprache S. 130. 131. Nr. 55.

DXXIII. Päpſtliche Diſpenſation zur Ehe des Grafen Heinrich von Henneberg mit der Jutta, gebornen Markgräfin von Brandenburg, vom 15. April 1319.

Johannes epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, venerabili fratri, . . Epiſcopo Herbipolenſi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sedis apoſtolice circumſpecta benignitas, nonnumquam rigorem manſuetudine temperans, quod negat iuris ſeueritas, de gratia benignitatis indulget, prout id, negotiorum, perſonarum et temporum qualitate penſata, noſcit utiliter expedire. Sane petitio dilecti filii, nobilis viri Caroli ducis Calabrie, et dilecte in Chriſto filie Catharine, conſortis ipſius, nobis exhibita continebat, quod dilectus filius, nobilis vir Henricus, natus dilecti filii, nobilis viri Bertoldi, comitis de Hennemberg, et dilecta in Chriſto filia, Jutta, nata dilecte in Chriſto filie . . duciſſe Wartiſlauienſis, ſororis prefate duciſſe Calabrie, quod ipſi olim ad ſedandas graues diſcordias, inter progenitores eorum exortas, ex quibus prelia multiplicia fuerant ſubſecuta, matrimonium in facie eccleſie ſecundum patrie conſuetudinem per uerba legitime de preſenti ad inuicem contraxerunt, et carnali inter eos copula ſubſecuta factum eſt, illo coperante, qui concordiam diligit, quod huiusmodi diſcordie ſunt ſedate ac conuerſe in appetibile bonum pacis. Verum quia Henricus et Jutta prefati quarto conſanguinitatis gradu inuicem ſe contingunt, propter quod non poſſunt abſque diſpenſatione ſedis ipſius in ſic contracto matrimonio licite rema-

nere, dux et conſors predicti nobis humiliter ſupplicarunt, ut, cum ex ſeparatione dictorum Henrici et Jutte, ſi fieret, inter progenitores eoſdem pericula grauiora prioribus exoriri, ueriſilimiter formidentur, prouidere ſuper hoc eis de oportune diſpenſationis remedio dignaremur. Nos igitur eorundem Henrici et Jutte ſuper hoc prouidere ſaluti ac futuris obuiare periculis ſalubriter cupientes, plenamque gerentes de tua circumſpectione fiduciam, qui ſuper hiis habere poteris notitiam pleniorem, ipſorum ducis et conſortis ſupplicationibus inclinati, fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi eſt ita, cum Henrico et Jutta predictis, ut impedimento, quod ex prefata conſanguinitate prouenit, non obſtante, in eodem matrimonio remanere licite ualeant, auctoritate noſtra diſpenſes, prout ſecundum deum animarum ipſorum ſaluti uideris expedire, prolem ſuſceptam et ſuſcipiendam ex eodem matrimonio legitimam nuntiando. Datum Auinione, XVIII kal. Maii, pontificatus noſtri anno tertio.

Nach Schöppach, Hennebergiſchem Urkundenb. S. 74. Nr. CXXXIII.

DXXIV. Günther, Graf in Kevernberg und in Lüchow, beſtätigt Vaſallen und Bürgern des Landes Lüchow ihre zur Zeit des vorigen Grafen beſeſſenen Rechte, am 9. Juli 1319.

Nos Guntherus, dei gratia Comes in Luchoue et in Keuerberg, tenore preſentium publice profitemur, quod uniuerſa jura, quibus uſi ſunt Vaſalli nec non Burgenſes de Luchowe, tempore nobilis viri Domini Henrici, Comitis de Luchowe, noſtri anteceſſoris bone memorie, ipſis illeſa volumus firmiter et perpetuo conſeruare, omnesque literas ipſis ab eodem Comite datas ratificamus et approbamus expreſſe in toto et in qualibet ſua parte, ſpecialiter vero literas, quas ſuper proprietate ſilue Borchardisholte habent, preſentibus literis confirmamus, volentes ipſas ratas et inviolabiles perpetuis temporibus permanere. Nullum quoque Aduocatum ipſis niſi terrigenam ſtatuemus. Et ne alicui de hoc facto dubium oriatur, hanc literam ſuper eo dari fecimus, noſtri ſigilli robore firmiter communitam. Teſtes preſentes fuerunt uniuerſi milites de territorio Luchowe et vaſalli cum aliis fide dignis. Datum Luchowe, anno domini M. CCC. decimo nono, feria ſecunda ante feſtum S. Margarethe virginis.

Gercken's Vermiſchte Abh. III, 273. — Der in dieſer Urkunde in Bezug genommene Brief wegen des Borchardsholzes iſt vom Jahre 1313.

DXXV. Günther, Graf in Kevernberg und in Lüchow, vereignet der Stadt Lüchow einige Hebungen aus dem Dorfe Diekſtedt, am 9. Juli 1319.

Nos Guntherus, dei gratia Comes in Keuernberg et in Luchow, tenore hujus litere recognoſcimus manifeſte, quod prudentibus viris conſulibus ciuitatis noſtre Luchowe